

SKYOLDVS DANORVM REX.



SKyoldus filius fuit Lotheri & nepos Dani, du-
cum Danorū. Hic ut à paternis uitījs pruden-
te descivit, ita auitis uirtutibus felicit er respōdit.
Hruius adolescentia inter paternos uenatores im-
manis belluæ subactionis insignis extitit, miran-
doç̄ rei euentu futuræ eius fortitudinis habitum
ominata est. Nam obuium ursum cingulo ligauit,
& comitib. necandū præbuit. Sed & cōplures spe-
ctatæ fortitudinis pugiles ab eo uiritim superati
pdūtur, è quibus Attalus & Scatus clari fuerunt.
Is quindecim annos natus inusitato corporis in-
cremento perfectissimum humani corporis speci-
men præferebat, tantaç̄ indolis erat, ut cæteri Da-
norum reges postea ab eo nuncuparentur. Itaç̄ ipse perditam uitam agentes
ad capescēdam uirtutem rerum agitatione sedulus excitabat. Erat tum Aul-
da eximiæ pulchritudinis puella. Hanc Skyoldus & Scato Teutonum dux pa-
ri studio deperibant. Itaç̄ cum eo utroç̄ populo spectante pro uirgine de-
certauit & uictor extitit. Postea regnum adeptus, cum finitimiis regibus libe-
ralitate certauit, & q̄s alienum ciuium ex suo fisco soluit: Aegros etiam fomen-
tis & remedījs curauit, atç̄ patriam mirabili solertia administravit. Tandem
moriens ex uxore sua Aulda filium Gram reliquit. Floruit is anno mūdi 2300.
Sax. libro primo.